

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

De Cavsis Corrvptæ eloquentiæ. Vbi celebres Taciti, & Senecæ loci
comparantur. Capvt VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

curlu poterat consistere, declamabant enim ferme quotidie inter priuatos parietes, Senatores, Consules, Imperatores: tales erant grandes illi Ciceronis praetextati Hircius, & Pansa, qui in Consulatus dignitate, in illo honorum omnium apice, sub M. Tullio culturam ingenij, & eloquentia capiebant. Certe Seneca controuersiarum libro quarto ad Nouatum, & Melam, refert Polionem Asinum, intra quartum diem, quam filiam amiserat, declamasse, præconium illud ingentis animi fuit, malis suis exultantis. Haterius vero Senator amplissimus admisso populo ex tempore, solus omnium Romanorum, in latinam, Græcam transtulit facilitatem, extemporaneam orationem intelligit, quæ apud Græcos maximè floruit, cuius auctor primus Anaximenes fuisse cōprobatur à Paufania. Extat adhuc Themistij Euphradis oratio, quam habuit in promptu, ubi gratijs affluit exordium, cum se excusans dicit Phidiam, vel in vna quidem Minerua crepidula elaboranda multum studij impendisse, quo sit, vt oratores hac tumultaria opera nihil excelsum, aut politum fundere valeant. Constat idem ex Euapio, qui Procerum illum spirantem Mercurij in terris imaginem, de proposita ab æmulis qualitate dixisse refert ex tempore, magna omnium admiratione, quam incredibili cumulauit commendatione memoriae, cum totam orationem, vt erat à Notariis excepta, eodem temporis vestigio iisdem verbis prætexuit. Hec oratio, siue facultas appellabatur diuina, vt refert Philostratus in AEchne, quod supia mortalitatem esse videtur, tam diserte orare ex tempore. Verum illud ex vi ingenij, & assidua exercitatione profuebat, quibus riuiulis irrigata, ad immensum decus iutgebatur eloquentia. Operæ prætrum est, ita plerumque adolescentes acuere, vt vim, copiam, & facilitatem orationis assequantur, non autem scriptis, & præceptis obruire: ea tamē lege, ne hac ex temporanea fiducia etati meditata scripsitionem negligant, in qua deuse-
sac pfectioes Spurte-

Eunapius
in Prose.

Dios Λεύκη
quid sit.

tionem neglignant, in qua deuse-
sac pfectioes Spurte-

504.

DE CAVSIS CORRVPTÆ
eloquentia.

Vbi celebres Taciti, & Seneca loci compa-
rantur.

CAPUT VIII.

Corruptæ eloquentia cauſas præclaræ complexus est Cornelius Tacitus in nobili dialogo de oratoribus, quas malo ab eo, quam a me, ad culturam ingeniorum audiri. Deficit inquit eloquentia ab ista vetere gloria non inopia hominum, sed desidia inuenturis & negligentia parentum, & inscience præcipientium, & obliuione moris antiqui. Ego de urbe, & his proprijs, ac vernaculis vitijs lo-
pueris à u-
quar, quæ statim natos excipiunt, & per singu-
nero binis
los etatis gradus comitantur, si prius de seue-
fugendi
ritate, & disciplina maiorum, circa educan-
dos, formandosque liberos, pauca dixerim. Iam
primum suus cuique filius ex casta parente
natus, non in cella emptæ nutritis, sed gremio,
ac sinu matris educabatur, cuius præcipua
laus erat, tueri domum, & inscribere liberis, e-
ligebat autem aliqua maior natu propinquæ,
cuius probatis, spectatisque moribus, omnis
familiae soboles committeretur, coram qua-
neque dicere fas erat, quod turpe dictu, ne-
que facere, quod in honestum factu videtur,
ac non studia modo, cura, que, sed remis-
siones etiam, lususque puerorum sanctitate
quadam ac verecundia temperabat; sic Cor-
nelian Gracehorum, sic Aureliam Caesaris,
sic Actiam Augusti matrem præmissæ educationibus, ac produxisse Principes liberos ac-
cepimus. Quæ disciplina, ac seueritas eò per-
tinebat, vt sincera, & integra, & nullis prau-
titibus detorta vniuersiisque natura, toto
statim pectori acciperet artes honestas, & si-
ue ad rem militarem, siue ad iuris scientiam,
siue ad eloquentię studium inclinasset, id lo-
lum ageret id vniuersum haurire.

At nunc natus infans delegatur græculæ parentum aliqui ancilla, cui adiungitur uetus, aut alter, indulgem-
ex omnibus seruis plerique vilissimus, nec cui-
ria casti-
que serio ministerio accommodatus, horum ganda-
fabulis, & erroribus pueri statim, & rudes a-
nimis imbuuntur, nec quisquam in tota domo
penſi habet, quid coram infantulo domino
aut dicat, aut faciat, quando etiam ipsi par-
rentis nec prohibiti, nec modestiæ patuulos
assuefaciunt, sed lasciuig, & libertati, per quæ
paulatim impudetia irrepit, & sui, alieniq; cō-
tem-

Quantum
proficit ad
studia pu-
terias nostras

Ladi iner-
tes, & noxi-
tollendio

Praeceptores
graues qua-
rendi, non
fabularum
narratores,
fauores qj
vitorum.
Solidi de incie-
da studioru
fundamēta.

Magnifice
que de
hac materia
ben. l. 1. con-
in praf. p. 8.

tempus. Iam verò propria, & peculiaria
huius vrbis vitia penè in utero matris con-
cipi mihi videntur, histrionalis fauor, & gladia-
torum, equorumque studia, quibus occupatus,
& obfessus animus, quantum loci bonis
arribus relinquit: quotumque inuen-
tis, qui domi quicquam aliud loquatur? quos
alias adolescentium sermones excipimus,
si quando auditoria intrauimus, nec praec-
ptores quidem vllas cebriores cum auditio-
ribus suis fabulas habent, colligunt enim di-
scipulos, non seueritate disciplinæ, nec inge-
ni experimento, sed ambitione salutarium,
& illecebris adulatio sum. Transeo prima di-
scientium elementa, in quibus & iplis parum
elaboratur, nec in auctoribus cognoscendis,
nec in euoluenda antiquitate, nec in notitia,
vel rerum, vel hominum, vel temporum satis
infimuntur.

Hæc auctor iudicij acerrimi de severa pue-
torum educatione, sub sanctæ disciplinæ legi-
bus.

Idem quoque argumentum nobilissime tra-
duxit Seneca in præfatione libri i. controuer-
siarum.

(Quicquid (inquit) Romana facundia ha-
bet, quod insolenti Græciæ aut opponat, aut
præferat, circa Ciceronem effloruit. Omnia in-
genia, que lucem nostris studijs attulerunt,
tunc nata sunt. In deterius quotidie deinde da-
ta res est: siue luxu temporum. Nihil est enim
tam mortiferum ingenij, quam luxuria: siue cum
præmium pulcherrima rei cecidisset, trans-
latum est omne certamen ad turpia, multo ho-
nore, quæstusque vigentia: siue fato quodam, cu-
ius maligna, perpetua quoque in omnibus lex est, vt
ad summum peradulta, rursus ad infimum, ve-
lo-
tius quidem, quam aseenderant relabentur.
Torquent ecce ingenia desidiosæ iuuentur, nec
in vlliis honestæ rei labore vigilatur, som-
nus, languorque, ac somno, & languore
turpior, malarum rerum industria, inuasit ani-
mos. Cantandi, saltandi que nunc obsecna
studia effeminantur: & capillum frangere,
& ad muliebres blanditiis vocem extenuare,
& mollitic corporis certare cum foemini-
nis, & immundissimis excolere mundis, no-
strorum adolescentum Specimen est. Quis
æqualium vestrorum? quid dicam satis inge-
nius, satis studiosus, immō, quis satis vir-
est: Emollii, eneruusque quod nari sunt inuiti-
mant, expugnatores aliena pudicitia, negli-
gentes sua, in his, nec Dy cantum malo permittat,

ut cadas eloquentia, quam non mirarer, neſi ani-
mos, in quos se conferret, eligeret.

Nec minus diserte Quintilianus.

Mollis illa educatio, quam indulgentiam
vocabus, neruos omnes, & mentis, & corpo-
ris frangit. Quid non adulterus concupiscet, qui in
purpuris reperitur. Non dum prima verba exprimit,
iam coccum intelligit, iam conchylium pos-
cit. Ante palatum eorum, quam os instituimus.
In lectoris crescent, si terram attigerint,
e manibus utrumque sustineunt pendent.
Gaudemus si quid licentius dixerint. Verba
ne Alexandrinis quidem permittenda deli-
cij, risu, osculo excipimus.

Hæc grauissimi auctores, qui uno consen-
su pestiferum, non modo eloquentia, sed & ce-
terarum honestarum artium virus esse delicias,
& virtus, satis ostendunt, quæ, si teneris men-
tibus inhæserint, frustra magni prouentus spe-
rantur eloquentiae. Iam, quod ad tradenda dis-
ciplinæ rationem attinet, proutidendum est,
vt quod in optimis scholis, à quibus petitur,
fieri solet, omnia ordine, & loco, à discen-
tibus exipientur. Nam, quæ est humani inge-
ni defultoria curiositas, amat volitare per
omnia, & maiora suis tentare viribus. Ex
quo videas plurimos nondum satis à Gram-
maticis dedolatos sublimis eloquentia deco-
ra temere consecrati, quibus omnino stu-
dijs, & ingenij, non subest vera vis, nec penitus
immulsi radicibus innititur, vt quæ summo
solo sparsa sunt semina, celerius se effun-
dunt, & imitata spicas herbulæ inanibus ari-
stis ante messem hauefcunt, vt ait Fabius.

Quamobrem & illi, non satis tempesti-
ui leuium quorundam ingeniorum, impetus
sunt restinguendi, & cum tribus maximè rebus
tota eloquentia doctrina continetur præ-
ceptis, stylo, & varia eruditione. Praeceptoru-
m is adhibendus est modus, vt neque negligantur
à studiosis, neque à magistris plenius,
& scrupulosius ingerantur. Num, qui summo-
rum auctorum lectione contempnia, toti sunt
in leuium præceptorum farragine conquiren-
da, mihi profecto videntur ad molas confere-
re. Eruditio, si parce adhibeatur, stylum ex-
hilarat, si inferciatur, obruit, orationisque salu-
bitatem varijs idiomatibus confundit. Una
bene dicendi ratio, rerum omnium difficultiu-
lus plenius iuuentuti excolenda est.

In quo quidem, recte mihi præcipere vi-
denter, qui fundamenta per solidū subdere de-

Q. 4. c. 10.

creuerint, quod tota operis substructio felicius assurgat. Sic enim in rebus à natura fieri cernimus, ut quæ leuioribus ora principijs effudit, paulatim ad amoenissimum florem elegantie perducat.

Arbores primum inoculantur, mox pubescunt, folia enara pube formantur, formata paudatur. Hinc flosculos ridere, gemmas turgescere, fructus tumescere videas: Postrem succum vi caloris condicem, paucis in voluptatem, pluribus in necessitatem cedere.

Ad hanc formam componenda sunt ingenia, & lingue puerorum, ut primum vague, deinde balbutire, postea verba proferre, tandem suis incremeatis lati hilarius fluere: Mox cum oportue sit succingi, maturescere, ad summum canescere velint.

Nihil à primordijs statim fuit perfectum, sed per inferiores gradus deueniendum est ad summum. Quonobrem nunquam eorum probari coasilium, qui adolescentum ingenia, sicut per quam viuida, statim ad teuerius illud loquendi, & ribendique genus duci, & intra concionum claustra coercere volunt. Ex quo videre esl, quosdam vix latinitati satis initiatos, jactantius in ore seviores habere literas, ad quas perrarum admittitur tyrocinium. Discant imprimis loqui congrue, proprie, signare, nos renidere quibusdam elegantiarum violis; deinde secundiori Ciceronis vbera suauiter innutriti, ferri incipiāt oratione perculta, deliciosa, lasciviosa, ac tanquam in longiori stadio, & apertiore campo liberius decurrere, donec ærate, judicio, & vsu matuiores, variis authores euoluant, & incipiant secerne-re inania a solidis, fucata à pulchris, adumbrata à veris. Alioqui deridentur in satyra, qui vix Ponere lucum artifices, heros sensus.

D. Ambr. l. 1. off. 6. 10. aff. Qui nauim in mari regere gubernaculis studet, vel remis ducere, prius in fluvio praeludit. Sed quoniam haec inscholis discuntur, plenius & a Quintiliano pertractata sunt luculentius, satius mihi videtur de imitatione, quam vnam ad descendam eloquentiam pleniorē viam censem.

Longinus, paulo fusius differere.

De Imitatione.

CAPUT IX.

Orpheum vatum omnium præstantissimum ferunt, cum satis concedisset, vnam in mortuis cineribus reliquisse vim suauitatis. Nam quæ iuxta eius sepulchrum ædificabant Luceinia, si Pausanias credimus, suauitatis canebant, & mollius, quasi ex demortui poeræ reliquis genium haurirent iucunditas.

Pausa, in
Boet. top.
edit. f.

Longè profectò se res clarissim habet, in illustrium authorum imitatione, ad quorum monumenta (libros, & opera intelligo) qui solent demorari, & cum mortuis iucundissim habere consuetudinem, inde vim, & afflatus sapientiae, non obfcurum ducunt, cumque similitudine gaudent animi, quodait Proclus in Timaeum, & tota penè scena humanae vitæ plena sit imitatione, atque imaginibus, certè in stylo non ignobilem obtinent locum. Quid enim sine imitatione contingit? quid ex aliorum ingenij non expressum? quid ab his non est ductum fontibus? qui primum, ex æternæ mentis sinu profuentes, latissime in res, opesque humanas redundarunt: unde vita tot scientijs nobilitata, tot exculta bonis artibus, tot munita præsidij ad hanc perfectionem, nisi ex imitationis opibus effloruit? ut modicus primum igniculus affluente pabulo, paulatimque succrescente, latius usque manat incrementis. Sic hominum ingenia, ubi primum radium diuinæ lucis ab imitationis simulachris expresserunt, priuatis augent studijs, & in immensum propè attollunt decus.

Quod cum in omnibus artibus clarum sit, atque manifestum, tum in ipsa eloquentia splendidius elucer, quæ leuius per extera principijs, varia postmodum ingenijs contentio-nes, & imitandi studio venit ad summum.

Omnino apertissima ad eloquentiam via est, si quis veterum, qui modo eloquentes fuerunt, vestigijs insit, & ex eorum scriptis vias exprimat effigies.

De qua re tibi Dionysij Longini locum per elegantem subiiciam.

Ως καὶ ἀλητικαὶ τὰ εἰρημένα δόδος ἐπὶ Dio. 7. 109. τὰ δὲ γλατείαν ποιάδε, καὶ τις οἱ ὁ ἔμπροσθε περὶ θεοῦ μεγαλῶν συγχραφέων, καὶ ποιητῶν μίμησις τε, καὶ γλωσσις: πολοὶ γράμμοι διὸ θεοφορεῖ-

709